Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nunt in pretorium ut nõ contaminarent: sed ut manducarent pascha. Exiit ergo pylatus ad eos foras et dixit. Quam accusacõnem affertis adversus hominem hunc? Rõdenerunt et dixerunt ei. Si nõ esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis pylatus. Accipite eum vos. et sec̃m legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis nõ licet interficere quemquã. Vt sermo ihu impleretur quẽ dixit significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pretorium pylatus et vocauit ihu et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Rõdit ihus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Rõdit pylatus. Numquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Rõdit ihus. Regnum meum nõ est ex hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei vtique decertarent ut non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum nõ est hinc. Dixit itaq; pylatus. Ergo rex es tu? Rõdit ihus. Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum: ut testimonium phibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Dicit ei pylatus. Quid est veritas? Et cum hoc dixisset: iterum exiuit ad iudeos et dicit eis. Ego nullam in eo inuenio causam. Est autem consuetudo vobis: ut vnum dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis iudeorum regem. Clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc sed barabam. Erat autem barrabas latro. Tunc ergo apprehendit pylatus ihu et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius et